



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

III. De ijs qui faciunt practicas ex bulla Leonis X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

Conuentualem, secundum ordinationes
 fratri legitime electum : cui plenam & in-
 bitatam fidem in iis quæ Fratrum & Mon-
 sterii nostri vtilitatem concernunt adhibe-
 dignemini. Valet in CHRISTO. Ex Mon-
 sterio S. N. die mensis, &c. & infra. Filii ve-
 Conuentus S. N. A tergo. Seruis Domini
 stri IESV CHRISTI Patribus congregati-
 Capitulo Generali Monachorum congrega-
 tionis Casinensis, alias S. Iustinæ de Padua,
 Domino amantissimus.

8. Ordinamus insuper, quod ea die qua
 iusmodi electio facta fuerit, Prælati legi
 vel legi faciat ita quod omnes intelligant,
 præsens Capitulum, Fratribus congregati-
 Capitulo post Nonam : insuper, & tria Cap-
 tula quæ subsequuntur.

*De iis, qui faciunt practicas in electione Dissi-
 torum, ex Bulla Leonis X.*

C A P. III.

DECERNENTES præmissa omnia & sin-
 gula debere ab omnibus modernis
 pro tempore existentibus, Præfidentibus, Dis-
 finitoribus, Visitatoribus, Abbatibus, & aliis
 dictæ Congregationis Monachis, Communi-
 sis, & personis quibuscunque inuiolabiliter
 obseruari, & eos qui scienter in aliquo con-
 traauerint, aut alios contrauenire malitiose

procu

procurauerint, excommunicationis latae sententiae (à qua nisi à Patre Praesidente Regimini, p̄terquā in mortis articulo constituti absolui nequeāt) & inhabilitatis ad vocem activam, & passiuam in dicto Capitulo Generali, & ad dignitates, gradus, & administrationes in dicta Congregatione, p̄enam quinquennio duraturam incurrere ipso facto. Eisdem quoque p̄enis & censuris eos qui circa Diffinitorum electionem per se vel per alios, directè vel indirectè, quocunque tempore practicas fecerint, seu ab aliis practicati, vel aliter conscij, aut quomodolibet talium practicarum notitiam habentes, & ante non reuelantes ligari & inuolui: nec non irritum & inane quicquid secus super his à quocūq; quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

2. Ad serenandas verò Abbatum, & Monachorum nostrorum conscientias, & omnem ab eis prorsus ambiguitatis scrupulum remouendum: Declarauit Sanctissimus Dominus noster Gregorius PP. XIII. quod ob sermones qui infimul, nō ambitus, vel alterius improbae, sed bonae intentionis causa, de idoneitate, vel insufficientia, ad Diffinitorii officium eligendorum habiti fuerint, seu quos in futurum haberi contingeret, supradictas aliquas uel alias sententias, censuras, & p̄enas non incurrerint, aut incurrant.